Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



toto corde meo: et glorificabo nomen tu
um in eternum. Quia misericordia tua magna est
super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me: et sy
nagoga potentium quesierunt animam me
am: et non proposuerunt te in conspectu suo. Et
tu domine deus miserator: et misericors: pa
tiens et multe miserie: et verax. Respice in me et
miserere mei: da imperium tuum puero tuo:
et saluum fac filium ancille tue. Fac mecum
signum in bono: ut videant qui o
derunt me: et confundantur: quoniam tu do
mine adiuuisti me: et consolatus es me.
86 Fundamenta eius in montibus sanctis:
diligit dominus portas syon super
omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de
te: ciuitas dei. Memor ero rahab et babylo
nis: scientibus me. Ecce alienigene: et tyrus
et populus ethiopum: hi fuerunt illic. Numquid syon